



**Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē**

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiæ, 1697**

Cap. XXXVI. De Exemplo sive copia aut transumto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

re judic. tamen exemplis inferiorum judicandum non est, nec eorum sententia faciunt præjudicium. *dict. l. nemo 13. C. de sentent. & interloc.* Propterea haud male Natta exclamavit: Otimidum (inquiens) judicem, qui, respiciens exempla, secundum jura decernere reformidat! *conf. 24. n. 3.* & ab exemplis quem petere, cum rationes non suppetant, advocacionis semper indocte putatum fuisse testatur Kniichen. *de vestit. pact. cap. 1. n. 102. Pruckm. 2. consil. 12. n. 24. & segg. Berlich. part. 3. conclus. 35. n. 8.* ratio est, quia etiam in judiciis saepe aliter processus per imperitiam celebratur, quam oportet. *text. in §. ult. instit. de satisfact.*

## CAP. XXXVI.

De Exemplo five copia  
aut transumpto.

Exempla non probant nisi originale exhibeatur. *cap. 1. de fid. instrum. l. 2. ff. eod. l. exemplo 7. C. de probat. l. procurator 7. C. de edend. Auth. si quis in aliquo. C. eod. & ibi Bart. in 1. lect. circa princ. & post alios Jas. n. 2. Dec. n. 6. Curt. jun. n. 7. Speculat. in tit. de instr. edit. §. postquam. circ. princ. & §. nunc dicendum. pariter circa princ. Bart. in l. admonendi. n. 31. & post eum Dd. vid. maxime Jason. num. 84. in 1. lect. & in 2. lect. n. 155. & Rip. n. 151. ff. de jurejur. Socin. in mult. de fallent. reg. 179. & Duen. reg. 280. Laurent. Tennin. in mult. de caut. caut. 64. n. 1. Morla. de fid. instrum. quasi. 1. n. 7. Castill. part. 2. quod. controvers. cap. 16. n. 51. Trentacinq. de probat. ref. 5. n. 1. multo minus exemplis exemplorum, etiam si solenniter producantur. Bald. in l. bona fidei. C. de reb. cred. Cyn. Alber. Bald. in l. sancimus. Cod. de divers. rescript. Alex. consil. 138. n. 4. lib. 1. Carol. Molin. in Consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 34. adeo ut neque Papa facere possit, ut exemplo credatur. Roman. sing. 754. An Papa quod & de Principe dixit Panormit. in d. cap. 1. quod verum de exemplis nudis, nec vestitis usu & possessione, aut aliis adminiculis & conjecturis, intelligit Honthem. 4. de art. Notar. cap. 9. num. 32.*

Hinc limita 1. non procedere in exemplis instrumenti publici, cum debitis requisitis in forma confectis. *cap. fin. de fid. instrum.* quæ ordine recenset Myns. 6. consil. 73. & ante hunc Boët. de eis. 37.

Limita 2. non obtinere in exemplis antiquis. Ant. Gabr. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. n. 2. Myns. 6. obs. 75. Molinæus in consuet. Paris. tit. 1. §. 5. n. 59. Covar. pract. quasi. cap. 2. n. 7. ubi hoc admittit, si exempla in solenni & consuetæ forma sint traducta. *cap. ult. de fid. instrum.* aliis ubi de Notario vel non constet, vel sine solennitatibus confectis antiqua sint exemplata, tantum semiplenam fidem facient, quod tamen adhuc judicantis arbitrio decidendum relinquit. Mascard. de probat. concl. 107. n. 3.

Limita 3. si exemplum contra eum, qui edit quid probaret. Bart. in *dict. Auth. si quis in aliquo. in 1. lect. n. 1.* & ibidem Dec. n. 12. & Curt. jun. n. 8. qui inquit, quod omnes Doctores simpliciter pro hac limitatione cum Bartolo transcant, quem sequitur Laurent. Tennin. Rodolph. d. mult. caut. 67. n. 3. facere enim fidem contra producentem textus est in *Auth. ad hec. C. de fide instr. Bart. in l. tabularum. §. si dubietur. num. 3.* Gabr. Sarayn. post Mathesilan. in sing. 22. n. 4.

Limita 4. in exemplis ex archivis publicis desumptis. *Auth. ad hec. vers. & charta. Cod. de fid. instrum. l. causas. ff. de probat. Pract. Papien. in form. product. instr. §. exhibens & producents. n. 12. Felin. in cap. cum causam 13. extr. de probat. n. 7. Mart. Coler. de process. executiv. p. 3. c. 1. num. 53. & seq. Job. Kœp. pen. decis. n. 11. & seq. Carpz. part. 1. jurisprudent. forens. consil. 17. num. 38.*

Limita 5. si consensu partium approbatum. Bart. in l. ult. ff. de Prætor. stipul. Petr. Heig. p. 2. q. 3. n. 15. non quidem, ut privata illa scriptura vim habeat publici instrumenti, (quod in potestate partium non est. *l. si forte 8. ff. de Cast. pecul.*) sed ut plenam fidem inter pacificantes obtineat, saltem ex conventionione, quæ facultatem probandi alterare & minuere potest. Ful. Pacian. 1. de probat. cap. 5. n. 15. Joseph. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1294. n. 13. & 14. quod procedit inter ipsos, non verò contra tertium. Mascard. concl. 711. n. 53. & 55.

Limita 6. si contra exemplum non opposuerit adversarius. *concl. 711. n. 79. Turzan. lit. E. §. fin. Plures limitationes accumulavit Honthem. lib. 3. de art. Notar. cap. 23. per tot. ubi ex Mascard. conclus. 711. quindecim ibidem collegit. add. & Umm. in disput. ad process. 27. Myns. ad cap. fin. extr. de fid. instrum. n. 2. Lanfranc. ad cap. quoniam 9. n. 11. Molin. in consil. Franc. §. 8. gloss. 1. per tot.*

## CAP. XXXVII.

Exemptio, Exemtus,  
vide Immunitas.

## Axioma I.

Exemtus æquiparatur extraneo. *cap. 1. junct. gl. de privileg. in 6. Laur. Tennin. Rodolph. in mult. caut. 156. n. 7. Illustr. exam. Brunsv. q. 8. ideoque pro non subiecto haberi debet, Jason. in cap. ult. n. 5. ff. de juris. ubi parificat non esse subiectum vel exemptum. cap. cum Episcopus. ubi gloss. de offic. ordinar. lib. 6. cum aliis per eum allegatis. Wesemb. lib. 1. consil. 9. n. 5.*

## II.

Exemptio extra suam causam non est extendenda. Innocent. in cap. dudum. de privileg. Ferrar. tit. 15. gloss. 18. num. 5. unde & odiosa & stricti juris dicitur. Bidembach. qq. nobil. 19. num. 2. Modit. §. plebiscitum. dab. 72. num. 4. Panorm. consil. 101. lib. 1. Berolius consil. 24. n. 9. lib. 1. Cravett. consil. 811. n. 14. & consil. 851. n. 9. nec ultra id (quia contra jus commune est) quod circa eam est.